qui est homo, homo est. Aliquid ergo de aliquo quærit, propter quid inest. Quod autem inest, oportet manifestum esse. Si enim non ita, nihil quærit: vtputa propter quid tonat? quia sonus in nubibus fit. Ita nanque aliud de alio est, quod quæritur. Et propter quid hæc, vtputa lateres, & lapides, domus sunt? Manifestum itaque est, quòd causam quærit. Hæc autem est, quod quid erat esse, vt logicè dicam. Quæ in quibusdam quidem, est cuius gratia: vtputa fortassis in domo, & lecto. In quibusdam verò, quod primum mouit. Causa nanque, etiam hoc. Sed talis quidem causa quæritur, dum quippiam fit, vel corrumpitur: altera verò, etiam dum est. Latet autem præcipuè, quod quæritur, in iis quæ non de aliis dicuntur, (vtputa quæritur homo quid est) eo quòd simpliciter dicitur, neque determinatur quòd hæc, vel hoc. Oportet igitur rectè disponentes quærere. Quòd si non, commune fit eius, quod nihil est quærere, & eius quod aliquid quærere. Cùm autem & habere, & existere ipsum esse oporteat, manifestum est, quòd propter quid est, ipsam materiam quærit: vtputa, hæc sunt domus: propter quid? quia hæc existunt, quod erat domui esse. Et homo hoc, aut corpus hoc tale habens. quare causa materiæ quæritur: hæc autem est, species qua aliquid est: hæc autem, est substantia. Patet itaque, quòd de simplicibus non est aliqua quæstio, neque doctrina, sed alius talium quæstionis modus. Cùm verò quod ex aliquo compositum, ita vt vnum totum sit, non est vt cumulus, sed vt syllaba: syllaba verò non est ipsa elementa, nec idem, b & a: nec caro, ignis, & terra. Dissolutis nanque, hæc quidem ampliùs non sunt, vt caro, & syllaba. Elementa verò, ignis & terra, sunt. Ergo syllaba aliquid, non solùm elementa, vocalis & muta, sed etiam aliquid aliud. Et caro, non solùm ignis, & terra, aut calidum, & frigidum, sed etiam aliquid aliud. Si igitur necesse est, illud quoque aut elementum, aut ex elementis esse, si elementum quidem, rursus eadem ratio erit. Ex hoc enim & igne & terra erit caro, & item alio: quare in infinitum progredietur. Si verò ex elemento, patet quòd non ex vno, sed ex pluribus, quàm id ipsum, erit. Quare iterum de hoc eandem rationem dicemus, quam de carne, aut de syllaba. Videatur autem esse aliquid tale: & non elementum, ac causam: sed hoc carnem, hoc verò syllabam esse: similiter & de cæteris. Substantia verò cuiusq. quidem, hoc.

A διὰ τί ὅς ἐστιν ἄνθρωπος, ἄνθρωπός ἐστι. τὶ ἄρα κατὰ τινος ζητεῖ, διὰ τί ὑπάρχει. ἢ τὶ μὴ ὑπάρχει, δῆλον ἐστὶ εἰ γὰρ μὴ οὕτως, οὐδὲν ζητεῖ οἷον διὰ τί βροντᾷ; ὅτι ψόφος γίνεται ἐν τοῖς νέφεσιν. ἄλλο γὰρ οὕτως κατ' ἄλλου ἐστὶ τὸ ζητούμενον. καὶ διὰ τί πάδε, ὅτι πλίνθοι καὶ λίθοι, οἰκία ἐστί. φανερὸν ποίνυν ὅτι ζητεῖ τὸ αἴτιον. τοῦτο δὲ ἐστὶ τὸ τίνος ἕνεκα, ὅλως ἔτως ἐπὶ οἰκίας ἢ κλίνης. ἐν ἐνίοις δὲ τὶ ἐκίνησε πρῶτον. αἴτιον γὰρ καὶ τοῦτο. ἀλλὰ τὸ ὑφ' τοιοῦτον αἴτιον, ὅτι τῶν γινομένων ζητεῖται καὶ φθειρομένων, θάτερον δὲ καὶ ὅτι τὸ εἶναι. λανθάνει δὲ μάλιστα τὸ ζητούμενον ἐν τοῖς μὴ κατ' ἀλλήλων λεγομένοις. οἷον ἄνθρωπος τί ἐστι ζητεῖται, διὰ τὸ ἁπλῶς λέγεσθαι, ἀλλὰ μὴ διορίζειν, ὅτι πάδε ἢ πῇ. ἀλλὰ δεῖ διορ-

B θοῦντας ζητεῖν. εἰ δὲ μὴ κοινὸν τὸ μηδὲν ζητεῖν, καὶ τῷ ζητεῖν τὶ γίγνεται. ἐπεὶ δὲ δεῖ ἔχειν τε καὶ ὑπάρχειν τὸ εἶναι, δῆλον δὴ ὅτι τὴν ὕλην ζητεῖ διὰ τί ἐστι οἶον, οἰκία πάδε. διὰ τί; ὅτι πάδε ὑπάρχει. ὃ ὧν οἰκία ἐστί. καὶ ἄνθρωπος ὅδε, ἢ τὸ σῶμα τοῦτο τόδε ἔχον. ὥστε τὸ αἴτιον ζητεῖται τῆς ὕλης. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ εἶδος ᾧ τί ἐστι. τοῦτο δ' ἡ οὐσία. φανερὸν ποίνυν, ὅτι ὅσα ἁπλῶν ἐκ ἔστι τις ζήτησις, οὐδὲ διδαχὴ, ἀλλ' ἕτερος τρόπος τῆς ζητήσεως τῷ τοιούτων. ἐπεὶ δὲ τὸ ἐκ τινος συν-

C θετον οὕτως, ὥστε ἓν εἶναι τὸ πᾶν, ἀλλὰ μὴ ὡς σωρὸς, ἀλλ' ὡς ἡ συλλαβή. ἡ δὲ συλλαβὴ ἐκ ἔστι τὰ στοιχεῖα, οὐδὲ τὼ τὸ β καὶ α, οὐδ' ἡ σὰρξ, καὶ πῦρ καὶ γῆ. διαλυθέντων γὰρ, τὰ μὲν ἐκ ἔτι ἐστὶ, οἷον ἡ σὰρξ καὶ ἡ συλλαβή· τὰ δὲ στοιχεῖα ἐστι, τὸ πῦρ καὶ ἡ γῆ. ἔστιν ἄρα τι ἡ συλλαβὴ, ἢ μόνον τὰ στοιχεῖα, τὸ φωνῆεν καὶ

D ἄφωνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερόν τι. καὶ ἡ σὰρξ οὐ μόνον πῦρ καὶ γῆ, ἢ τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, ἀλλὰ καὶ ἕτερόν τι. εἰ τοίνυν ἀνάγκη κἀκεῖνο ἢ στοιχεῖον ἢ ἐκ στοιχείων ἐστὶ, εἰ μὲν στοιχεῖον, πάλιν ὁ αὐτὸς λόγος ἔσται. ἐκ τούτου γὰρ καὶ πυρὸς καὶ γῆς, ἔσται ἡ σὰρξ, καὶ ἐπ' ἄλλου ὡς· εἰς ἄπειρον βαδιεῖται. εἰ δὲ ἐκ στοιχείου, δῆλον ὅ τι ἐκ ἑνὸς, ἀλλὰ πλειόνων, ἢ ἐκείνου αὐτοῦ ἔσται.

E ὥστε πάλιν ὅλῃ τούτου τ' αὐτὸν ἐρῶμεν λόγον, καὶ ὅτι τῆς σαρκὸς, ἢ συλλαβῆς. δοξειε δ' ἂν εἶναί τι τοιοῦτο καὶ ἓ στοιχεῖον, καὶ αὐτόν γε τοῦ εἶδ, τοῦδ' μὲν σάρκα, τοῦδ' δ' συλλαβύ. ὁμοίως δ' καὶ ὅτι τῷ ἄλλων. οὐσία δὲ ἕκαστον μὲν τοῦτο.

τοῦτο γὰρ